



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XII. Markgraf Ludwig erlaubt das Domcapitel von Boister nach Seehausen zu übertragen und incorporirt demselben die Probstei und Pfarrkirche in Seehausen, am 16. Oct. 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

nostris literis super hoc confectis sibi datis plenius continetur, perpetuis temporibus possidendam, ita ut nobis et nostris successoribus nihil juris et proprietatis et omnimodo nihil reservamus nec reservabimus in eadem, admittentes ut ipsam curiam cum omnibus conditionibus, libertate et jure predictus Dominus Meynardus ad pios usus ecclesie Sancti Nicolai in Stendal vel extra in honorem sancti Michaelis archangeli et beati Andree apostoli convertere possit, sicut sue placuerit voluntati. Et in quorum usus dictam curiam cum bonis adjacentibus transtulerit, tales eandem curiam pari possidebunt cum omni libertate per omnia. Et quia Dominus Meynardus sepe dictus proprietatem dicte curie secunda vice a nobis comparavit, id circo modo transfumimus leniori, approbantes et ratificantes has nostras presentes super predictam donationem per nos datas munientesque predictum Dominum Meynardum et ante dicte curie possessores, qui vel nunc vel in futuris temporibus fuerint, presentibus literis, ne cuiquam detur facultas malignandi super donatione, libertate, proprietate et jure per nos nostro secreto communitis ex certa nostra scientia. In omnium testimonio premisorum promittimus etiam, quod sigillum nostrum majus presentibus apponere volumus gratis, cum a dicto Domino Meynardo vel alio predictae curie possessore fuerimus requisiti. Testes autem hujus rei sunt inclytus princeps dominus Rudolphus Dux Saxonie nec non nobilis Dominus Otto de Ylenborch, Dominus Johannes de Buch, Dominus Henningus de Jachow, Dominus Loferus, Dominus Cilling milites, et Wichardus de Rochow, Petrus de Bredou, et Bosse de Meyendorp, famuli, Heyneke de Roschow, civis in Brandenburg, Nicolaus de Havele, Henningus Conradi, cives in Rate-now et quam plures alii fide digni. Datum Brandenburch Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo septimo, ipso die circumcissionis Domini nostri Jesu Christi.

XII. Markgraf Ludwig erlaubt das Domcapitel von Boister nach Seehausen zu übertragen und incorporirt demselben die Propstei und Pfarrkirche in Seehausen, am 16. Oct. 1337.

In nomine domini amen. Ludovicus etc. Singulis & vniuersis etc. Honorabilibus & deodicatis summo creatori continuatis vicibus obseruentibus personis, beneficio munimenti siue firmatis (firmitatis?) desitutis, occasione cuius dampna gratissima possent incidere, capitulumque egestatis inopie lapsum illabi, quod exinde minorari & annullari posset seruitus altissimi genitoris, tenebitur sollicitudo gubernantis principatum principis hiis de loco munito & tuto, in quo saluis & conseruatis rebus ipsorum altissimo famulari continue valeant, salubriter prouidere. Sane cum collegium & capitulum sancti Nycolai in boister iam dudum a retroactis temporibus, a fundacionis sue hora in campi planicie in locoque non munito per bone recordacionis fundatores ipsius debitos pia deuocione motos fundatum sit pariter & dotatum, Eo quod talia perpeffum est nocumenta & dampna grauia, quod ex inde verebatur omnipotenti domino diuinum ad exhibendum obsequium deperire, Damus, donauimus, dedimus & concessimus ex beneuolencia mentis nostre dicti collegii & capituli prelati et canonicis deuotis nostris dilectis id ipsum collegium & capitulum de dicto loco boister ad cinitatem nostram Sehusen sine quolibet impedimento tranponendi & transferendi liberam & plenariam facultatem, Volentes ipsos prelatos, canonicos, vicarios & prebendales in ipsa ciuitate singulis & vniuersis iuribus, commodis, honoribus, priuilegiis immunitatibus, libertatibus, gratiis & concessionibus, quibus in prenominato loco boister predicti fuerant

& priuilegiati sunt, tantum quod prelati & canonici presentes et eciam succedentes predicti circa & prope ecclesiam parochialem corporalem residenciam faciant, libere gaudere pariter adque frui, dummodo tantum canonicorum residencia sine lesione ciuium fuerit & sine nocumento prehabite ciuitatis. Transferentes eciam in collegium & capitulum predicta, ut eo frequenciosem nostri heredum & successorum nostrorum habeant memoriam salutarem, Preposituram & ecclesiam ciuitatis nostre predictae, quas ipsis ex certa nostra sciencia incorporauimus & cum vniuersis ipfarum pertinenciis corporamus & appropriamus, dum primum per decessum vel resignacionem honesti viri domini C. de buch nunc preposituram & ecclesiam predictas possidentis vacauerit, perpetuis temporibus possidenda. Pro qua quidem prepositure & ecclesie prehabitarum incorporacione et appropriacione et eciam collegii & premissorum transacione & transposicione Reservamus nobis heredibus & successoribus nostris presentacionem & collacionem omnium prelaturarum, dignitatum & prebendarum collegii & capituli sepe habitorum, sine prelatorum & canonicorum presencium & succedencium contradicione, sic quod nos heredes vel successoris nostri habebimus & habebunt ipsas prelaturas, dignitates & prebendas debito vacacionis tempore manu conferre & ad eas perpetuis temporibus dum vacauerint presentare omnimodam & liberam facultatem. In cuius etc. Testes buch, zippelingen, h. aluenfleuen, milites, otto de ylburg, prepositus de bernowe etc. Datum in ciuitate predicta anno domini M^oCCC^oXXXVII, in die beati Gally.

Nach dem Copialbuche der Voigtei Arnburg, Nr. LXV.

XIII. Markgraf Ludwigs Priuilegium für die Stadt Seehausen gegen Räuber, vom 29. April 1340.

Wyr Lvdowig etc. bekennen etc. Wer daz kein rober oder kein ander man vnfern burgern von sehufen icht neme, waz daz were vnd wer der were, vnd jageten si nach vnd derflugen si der keynen oder teten in anders keynen schaden, dar an solden si ken vns nicht getan haben vnd weren vns dar ymme keiner buze schuldig. Wer auch daz si imant vingen, den solten si behalten vnd nach vnfern voyte fenden vnd den berechten nach vnfers voytes rate von vnfern wegen. Dar vber etc. Datum brandenborg, anno domini M^oCCC^oCXL^o, sabbato ante Walpurgis.

Nach dem Copialbuche der Voigtei Arnburg, Nr. LXXVI.

XIV. Markgraf Ludwig verläßt Bürgern zu Seehausen für vier und ein halb Hundert Mark und sechs und ein halb Pfundt Hebungen aus dem Zolle zu Schnakenburg, am 26. Dez. 1343.

Wi Ludewig etc. Bekennen vnd bethügen, dat wi den wisen vnd bescheiden liden Gysen Barfewichs, heynen de birkowe sinen bruder vnd heinen von oisterburg unsen lieben getruwen, borgern ze Sehufen, vnd eren rechten eruen hebben gelaten vor vestehalf hundert marg brand. siluers vnd gewichtes vnd Sibende half phunt brand. penninghe, de se vns gantzlichen vnd redeliche, dat vs wol dar an genüget, gewonnen vnd vorrichtet hebben, und in dessem brife laten also